

Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

CXXVI. Iure Canonico Ecclesia potest petere in integrum restitutionem pro
damno, seu læsione enormissima etiam post quadriennium, & sic
quandocunque.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](#)

DIFFERENTIA 17.

*Iure Canonico Ecclesia potest petere in integrum restitutionem pro danno
seu lessone enormissima etiam post quadriennium, & sic quandocunque.
Glosa in c. 1. de rest. in integr. l. 6. Iure civili autem non re-
peritur concedi ultra quadriennium: l. fin. C. de temp.
in integr. restit. petend. Ioann. Bapt. à
S. Blasio 199.*

Post quadriennium à tempore finitæ
minorenitatis, vel sententiae, adver-
sus quam petitur restitutio, non dati
actionem, manifestum est ex l. fin. citata.
Vbi loco utilis anni, qui incipiebat pri-
mo die, anni 26. in minoribus pro qui-
buscunque majoribus constituitur
quadriennium, intra quod de restituti-
one ageret. Sed speciali privilegio in-
dultum ecclesiæ est, ut in valde gravi
lessione nullâ temporis ratione habitâ
petere restitutionem possit. *Glossam audi-*
in cit. c. Restitutio, in minoribus durat
usque ad annum 29. ætatis ipsorum:
sed in ecclesia currit à tempore lessionis.
Nam ecclesia semper est eensisenda minor
facta major, & cum subest justa causa,
quæ impedivit petere restitutionem
infra quadriennium, potest peti post
*illud quadriennium. Vnde quadrienni-
um illud non currit durante vitâ illius*
prælati, qui malè administravit, & cœla
fuit illius lessionis, sed successor ejus
*poterit petere restitutionem post mor-
tem sui antecessoris infra quatuor an-
nos. Iterum in v. Ecclesia: Post quadri-
ennium Ecclesia non admittitur ad*
petendam restitutionem contra senten-

tiam vel contractum, nisi rationabilis
causa id suadeat, cuiusmodi est prima
gravis & enormis lessio. Secundum viii
boni arbitrii. *Abb. in c. 1. de integrum*
restit. n. 2. Covarr. l. 1. Variar. c. 3. n. 11.
Leff. c. 17. n. 66. Secundū, in culpa
*ignorantia, aliudvē justum impedimen-
tum, quo obstante intra præscriptum*
tempus peti restitutio non potuit. Nam
impedito legitimè non currit tempus
in iure concessum, arg. c. 1. & 2. id.
tit. in 6. ubi dicitur: Si Ecclesia spatio
quadriennii beneficium restitutio
petere negligenter omissat, postea ad-
mittenda non est. Ex quo colligimus, si
lessio, quæ initio notata non est, pellea
*emergat, quadriennii tempus inchoan-
dum esse, à tempore, quo apparuit*
lessio. V. suprà diff. 12. Leff. c. 6. dub. 13.

Zerola P. l. v. Restit. in int. Lay-
man l. 3. Tract. 4. c. 11. n. 4.
Barb. in c. Requisitiv. de
in int. restit.

**

CXXVII.DIF.